Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

masticis sandarace an̄ ʒ·j·ß· gariofilorum
ʒ·j· ligni aloes ʒ·iiij· foliorum et baccarum·
lauri an̄ ʒ·ij·ß / tere omnia simul / deinde
recipe musci / ambre / an̄ grana·iij· tere sub-
tilissime cum laudano et aqua mellisse / et
fiat trociscos / et dimittatur exiccari / et cum
est necesse ponatur unus pulverisatus ad prunas·

Trocisci de camphora /

Convenit etiam trociscus de camfora / Vel fiat
sic Rx foliorum rosarum rubearum ʒ·ß· labruste·
coriandri sicci· an̄ ʒ·ij· florum nenufaris sic-
corum ʒ·ij· Hec omnia subtiliter pulverisentur
deinde recipe camphore ʒ·iij karabe mar-
garitarum non perforatarum et novarum an̄· grana
ij· ex hiis omnibus subtilissime tritis / et
commixtis aliis cum aqua rosarum / fiat trocisci
ad siccandum / et unus pulverisatus igni
apponatur / debet autem unius cuiusque corporis
conservandi natura et dispositio talis esse /
quatenus si est similis pestilentie posset alte-
rari ab illa / si dissimilis et contraria in ea pos-
set per artem conservari / unde dicebat Gali-

Primus Canon Galieni·

enus primo de differentiis febrium Oportet in
una quaque causare scrutantem videre de qua
maxime virtute vel dispositione egrotare ap-
tum natum est corpus / et sic deinceps investi-
gare concordans illi dispositioni quam in illis
corporibus prompta est lesio Adversantibus vero
et repugnantibus in qualitatibusque virtute quedam
contrarietas venerit et repugnantia in tan-
tum invincibilis permanere contingit / Unde alle-